



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

36. Quidam vir nobilis est in mora solvendi debitum unciarum ducentarum ex contractu; saepius confitetur, & non restituit, habet tamen animum restituendi; quæritur à Confessario, an sit illi absolutio ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

De Absol. Sacram. Ref XXXVI. &c. 245

sup. hoc in disp. 5. q. 13. punt. 4. Sayrus in Clavi Regia lib. 1. 2.
tom. 3. n. 108. §. cap. 18. num. 8. & alij afferunt non esse licitam su-
bitum, nam tamen ibi damnato, nisi ut limitat Vafquez,
deundo, in & Beccanis, extra territorium Principis esset, cui
fuit, & ex subiectus est; nam ibi videtur esse solitus ab obe-
dientia Principis.

Ref. 12. 5. 2. Tamen absolute contraria sententia, ut pro-
prio post, vesti babilior tenenda est, quam tuerunt hi omnes, Lef-
fius lib. 2. cap. 31. dub. 5. n. 39. Malderus in 2. 2. tr. 6.
¶ longe te- fuis lib. 2. cap. 31. dub. 5. n. 39. Malderus in 2. 2. tr. 6.
pore ad tri- 6. cap. 6. Salas de legibus tr. 1. 4. disp. 15. seq. 6. n. 88.
rem, & in Ledesma in summ. tom. 2. tract. 8. c. 24. & alij. Ra-
tio est. Nam, ut ait Leffius, reus non tam con-
demnatur, ut in tamenib[us] sponte maneat, quam
ut detineatur. Deinde nimis durum & grave esset
obligare in conscientia ad sponte ibi manendum,
quando esset evidens spes evadendi. Post hanc scrip-
ta, inveni etiam hanc sententiam amplexum esse
novissime Sanchez in summ. tom. 2. lib. 6. cap. 8. n. 16.
qui recte afferit, hanc fugam saecularibus quidem li-
cere, non autem Religiosis; liceat Bambez in 2. 2.
q. 69. art. 4. post concl. 5. contrarium afferere videatur,
sit enim Religiosum durissima poena subiuncta
damnatum posse fugere, non ut vagetur, sed ut fu-
periorem, aut Pontificem adeat veniam petiturus. Ex
his appetit, potuisse supradictum Confessorem il-
lum penitentem absolvere, sicut ex ista consulta-
tione motum intelligo postea fecisse.

RESOL. XXXVI.

Quidam vir nobilis est in mora solvendi debitum uni-
ciarum ducentarum ex contractu, sapienti confitetur,
& non refutat, habet tamen animum restituendi,
queritur a Confessario, an sit illi absolutio denegan-
da, maxime cum creditor multores ab illo petierit
solutionem? Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 3. Ref. 3.

§. 1. Ideatur respondendum quod si non prae-
ceptum restituendi quamvis formaliter
sit affirmativum, præcipit enim solutio; est etiam
ex parte præceptum negativum. Ergo statim est ad-
implendum. Vide Salomon, Aragon, & Bannez in
2. 2. q. 67. art. 8. Valent. tom. 3. disp. 4. q. 6. punt. 7.
Rebel. lib. 2. de ref. q. 17. n. 2. Azor. p. 3. lib. 4. c. 34.
& alios communiter.

2. Sed mihi non ita rigida in hoc casu proceden-
dum esse videtur: nam quando debitor habet ani-
num solvendi, neque ex tali dilatione detrimentum
sequitur creditori, ob eam iniustam moram, mortalis
culpa minime condamnandus videtur; talis enim
dilatio non est ipsi creditori adeo in injuria, ut debitor
judicandus sit lethalis criminis reus. Non audi-
rem hanc sequi sententiam, si patronos non haberet
Molinam de iust. tom. 3. tr. 2. disp. 7. 3. n. 1. & Bos-
nac. de contract. disp. 1. q. 6. punt. unic. n. 4.

3. Notent hanc decisionem confessarij: nam mul-
tos tollit scrupulos, maximè in confessione nobis-
tim, qui per multos menses sine aliqua justa cau-
sa diffundit restitucionem; sed urgant semper pro-
pter solutionem, maximè quando mora esset admis-
sum magna, & commode posset fieri restitutio.

RESOL. XXXVII.

Quidam Confessario olim hic casus accidit. Quidam
mulier inter confabulationem cum viro sibi in ma-
trimoniū conjungendo dicebat illi verba non qui-
dem turpia, sed affectuosa, & amatoria, unde po-
stea in pollutionem, & distillationem incurrebat sine
tamen illa delectatione, vel periculo aliquius con-

Tom. 1.

sensas, quia erat timor & conscientia. Interrogatus
fuit, an peccaverit mortaliter, & si nolle desistere ab
his confabulationibus, an esset ei absolutio deneganda?
Et in §. ultima hujus Resolutionis traditur Regula ge-
neralis ad dicendos casus particulares in pollutio-
ne prævisa; & quando causa pollutionis prævisa
notabiliter, & per se insinuat, vel non infiniti. Ex
part. 2. tract. 1. 5. & Misc. 1. Ref. 31.

§. 1. Respondi omnino illi consulendum esse, sup. hoc in
ab his sermonibus abstinere, sed in rigore
loquendo non esse denegandam absolutiōem, quia
illa pollutio, & distillatio in hoc casu non est pec-
catum mortale, & hoc ita probabam. Pollutio licet
prævisa, non tamen intenta, ex causa venialiter pec-
caminoſa non est peccatum mortale; sed illa verba,
ex quibus provent pollutio, de qua loquuntur, sunt
tantum peccata venialia. Ergo talis pollutio non
est peccatum mortale. Major propositio probatur,
quia cum illa pollutio non sit in le volita, sed in
causa in qua prævidetur, in tantum mala erit, in
quantum mala est causa, in tantum enim culpa est;
in quantum est voluntaria; si ergo causa est veniali-
ter mala, talis erit & pollutio. Et sic hanc senten-
tiam tener Vafq. in p. 2. tom. 1. disp. 11. 5. c. 3. n. 9. & in
opusc. de ref. c. 3. §. 2. dub. 6. n. 14. Salas in p. 2. tr. 2.
q. 7. 4. tract. 1. 3. disp. 6. seq. 18. Henr. in sum. lib. 11.
c. 16. n. 6. Lefius de iust. lib. 4. c. 3. dub. 14. n. 100.
& novissime Bonacina tract. de matrim. quest. 4. * Sup. hoc.
punt. 10. num. 9. ubi ait pollutionem non esse pec-
catum mortale, quando provenit ex causa veniali-
ter luxuriosa, & leviter influente in pollutionem.
Et tandem docet etiam hanc sententiam Filliuc. in
q. mor. tom. 2. tr. 30. c. 8. n. 162. ubi afferit, solum repe-
tiri culpam mortalem in causa, ratione pollutionis
prævisa, & non intenta, quando absque urgenti ne-
cessitate exerceret actio ex sua natura turpis, & per
se tendens ad actus veneros excitandos, & con-
summandam pollutionem, qualis tantum est in actio-
nibus mortalibus pertinentibus ad sextum præcep-
tum, ut cogitationibus morolis, appetitis & ta-
ctibus mortalibus. Si enim sint tantum veniales, ex
defectu plena advertentia, vel ex suo genere, ut
quia ob curiositatem tantum, tunc tantum venialis
erit pollutio inde sequuta. Ita Filliucius. Ex his om-
nibus veram esse majorem propositionem nostri ar-
gumenti, appetit; & hoc etiam verum est, ubi nec
necessitas, nec causa utilitas adest Filliuc. ubi supra,
Sanchez cum aliis infirmitate.

2. Restat modo probare minorem, & ostendere
illa verba dicere, esse tantum peccatum veniale,
quod probat, & docet Joan. Salas in p. 2. tom. 2. tr. 1. 3.
disp. 6. seq. 4. 2. n. 16; & Sanchez, qui citat Navar. &
Cordub. in tom. 3. de matrim. lib. 9. disp. 46. n. 37. ubi
ait: Iocui verba amatoria, quæ vulgo requiebros ap-
pellamus, ut videlicet cor meum, bonum meum, anima
mea, ob solam vanitatem & conciliandum va-
num amorem, non excedunt culpam venialem; quæ
quidem doctrina intelligenda est, seculo scandalo,
& periculo proprio, vel alieno, videlicet illa verba
audientis ut succedebat in nostro casu. Ergo conclu-
endum est, pollutionem ex talibus verbis sequen-
tem non esse peccatum mortale, qui, ut diximus,
provenit ex causa tantum venialiter peccaminosa,
& non adest periculum consensu, seu delectationis.
Unde Henr. ubi supra ait, non esse peccatum mor-
tale, si quis pollutionem patiatur ex visione scemi-
na curiosa, vel esu cibi calidi, aut lectione etiam
turpi, quia haec non sunt, ait ille, causa physica, &
moralis, quæ provocent pollutionem.

3. Ut autem regula generalis tradatur Confes-
sarij, ut possint in hac materia casus particulares

X; decidere,